

r. 1730

Owen Jan, poeta ang.

Epigrammata wybrane
tom. pour Felixe Chorauowskiego
Wass. P. Dufour.

XVIII. 1.1259
<http://rcin.org.pl>

EPIGRAMMATA

W T B R A N E

JANA OWENA

POETY ANGIELSKIEGO

W DAWNIEYSZYM TŁÓMACZENIU OPUSZCZONE,

Teraz z Łacinskiego na Polski Język

W I E R S Z E M

PRZEZ WIELMOŻNEGO

F E L I X A

CHRZANOWSKIEGO

Pisarza Grodzkiego Woiewodztwa Brzeskiego

PRZEŁOZONE.



w W A R S Z A W I E

u P. Dufour *Konfyl: Nadwor: Ś. K. Mci i Dyre-*
ktora Druk: Korp: Kad:

M. D C C. X C.

EPIGRAMMATA.



(1) Ad Jo: HOSKINS de suo Libro.

Hic Liber est Mundus, homines sunt, Hoskine, versus
Invenies paucos, hic, ut in Orbe, bonos.

(2) V E N U S.

Principium dulce est, at finis amoris amarus:
Læta venire Venus, tristis abire solet.
Flumina quæsitum sic in mare dulcîa currunt;
Postquam gustarunt æquor, amara fluunt.

(3) G E R M A N A V E R I T A S.

Mersum in nescio quo Verum latitare profundo -
Democritus, nemo quod reperiret ait
Si latet in Vîno Verum, (ut proverbîa dicunt;)
Invenit Verum Teuto, vel inveniet.

(4) Ad M E D I C U M P a u p e r e m.

Qui modo venisti nostram Mendicus in Urbem,
Paulum mutato nomine, sis Medicus.
Pharmaca das ægroto; aurum tibi porrigit æger;
Tu morbum curas illius, ille tuum.

EPIGRAMMATA

(1) Do HOSKINA, o swoiey Xiążce.

TA Xiążka Swiat jest, wiersze są ludzie, Hoskinia.
Mało tu znajdziesz dobrych, iak w światowym gminie.

(2) MIŁOŚĆ.

Początek słodki miłość, koniec gorzki rodzi:
Wesoła Wenus wita, smutna zaś odchodzi.
Tak iak słodkie rzek wody do morza wpływają,
Zmieszane z morską wodą gorzkiemi się stają.

(3) NIEMIECKA PRAWDA.

Ze Prawda skrycie w głębi pogrążona bawi,
I że iey nikt nie znalazł, to Demokryt prawi.
Jeżeli się kryje w Winie Prawda, (iak przyśłowię,)
To Niemiec Prawdę znalazł, lub się o niey dowie.

(4) DO MEDYKA U bogiego.

Któryś nie dawno przyszedł do Miasta Medykem,
Mało zmieniwszy Imię, staiesz się Medykem:
Lekarstwa daiesz chorym, oni złoto tobie;
Ty ich zabiegasz, oni wzajem twey chorobie.

(2)

EPIGRAMMATA.

(5) IN ALANAM.

Conjugio esse jugum non intolerantius ullum,
Nil aliud toto clamat Alana die:
Post tot clamores & jurgia, nocte fatetur,
Conjugio nullum suavius esse jugum.

(6) PROPHETÆ, POËTÆ.

Illi de rebus prædicere vera futuris:
Hi de præteritis dicere falsa solent.

(7) DE VITA ET VENERE.

Omnia ad extremum properet licet actio finem;
Oderunt finem Vita, Venusque suum.

(8) MARITUS ET MÆCHUS.

Maritus.

Hanc ego mi uxorem duxi; tulit alter amorem;
Sic vos non vobis mellificatis apes.

Mæchus

Hos ego filiolos feci; tulit alter honorem,
Sic vos non vobis nidificatis aves.

(9) Ad PHILOPATRUM.

Pro Patria sit dulce mori licet atque decorum;
Vivere pro Patria dulcius esse puto,

EPIGRAMMATA.

(5) N A A L A N Ę.

Nad zameżcie cięższego iarzma na człowieka,
Mowi Alana, niemasz, i we dnie narzeka.
Lecz po tych narzekaniach to w nocy wyznaie:
Ze się Małżeńskie iarzmo nayfodsze bydź zdaie.

(6) PROROCY, WIERSZOPISOWIE

Tamci przepowiedzieli prawdę co być miało:
Ci zwykli fałsze prawić o tym, co się stało.

(7) O ZYCIU y MIŁOSCI.

Choć się rzecz każda do swey mety dążyć widzi;
Jednakże Wenus z życiem, śmierci nienawidzi.

(8) MĄZ y CUDZOŁOZNIK

Mąż.

Jam sobie żonę pojął; miłował kto inny
Tak nie sobie miod pszczoły macie siodkopytnny.

Cudzołożnik.

Jam tych Synkow porobił; inny ztąd w pochwałę;
Tak wy ptacy nie sobie gnieździecie się cale.

(9) Do FILOPATRA

Zycie dać za Oyczyznę, rzecz siodka, chwalebna,
Lecz żyć dla niey, mym zdaniem, lepsza i potrzebna.

EPIGRAMMATA,

(10) RHETORICA NOVA.

Qui caret argento, frustra utitur argumento:
Qui dare scit, non qui dicere, Rhetor erit.

(11) Ad MARCUM LUSCUM.

Unus, Marce, deest oculus tibi, sufficit unus;
Plura vident oculi, non meliora, duo.
Sunt mihi binæ aures; tamen his nihil audio veri:
Bini oculi; video nil tamen hisce boni.

(12) IN PONTIAM.

In mare Cornutos jaciendos, Pontius inquit;
Pontia respondit: disce natare prius.

(13) Cæteris paribus. IN CAMILLAM.

Pæta Camilla procis ambita & amata duobus,
Quorum pulchellus, sed brevis alter erat.
Non formosus erat, at erat longissimus alter;
Utrum horum mavis? Virgo rogata rudis:
Continuo hunc iustrans oculis, & brachia longa,
Nasum, crura, pedes, omnia longa videns;
Prudenter respondit ad hoc magis, anne pudenter:
Hunc longum volo, si cætera sunt paria.

(14) IN COTTAM.

Totus es uxoris, non solus, Cotta, Camillæ:
Sola tua est: at non tota Camilla tua est

EPIGRAMMATA.

(10) NOWE KRASOMOWSTWO

Kto złota nie ma, próżne argumenta wszędzie:
Ten kto dać umie, nie kto mówić, Mowca będzie,

(11) DO MARKA jednookiego.

Jedne masz oko; Marku, dość jednego będzie;
Gdyż dwie oczy lepszego nic nie widzą wszędzie,
Mam dwie uszy; nie słyszę prawdy niemi przecie:
Oczy dwie; nic dobrego nie widzę na świecie.

(12) NA PONCYĄ.

Poncyusz mówi, w morze powrzucać Rogale:
Zona nato: naucz się pływać doskonale.

(13) Jeżeli wszystko równe. NA KAMILĘ.

Kamilla zywota dwóch Amantów miała,
Z których jeden był piękny, lecz małego ciała:
Drugi zaś był nie piękny, lecz wzrostu wielkiego;
Spytana Panna, z tych dwóch chciałaby którego?
Rzuca nie raz nań okiem, i na barki długie,
Na takiż nos, golenie, nogi, rzeczy drugie:
Odpowie czy wstydliwie, czy więcej wymownie:
Wolę tego, długiego, gdy wszystko jest równie.

(14) NA KOTTE.

Cały jesteś twęj Zony, lecz nie sam, i ona
Sama twoja jest; ale nie cała twa Zona.

EPIGRAMMATA.

(15) MORS.

Mors quid sit, rogitas? si scirem, mortuus essem,
Ad me, cum fuero mortuus, ergo veni.

(16) CHIRURGUS.

Bella magis, pacemné precer? mihi servit utrumquet
Ambo patroni, Marsque, Venusque mei.

(17) AD MARINUM.

A lecto surgit quoties intacta, Marine,
Conjux, in vultus irruit ungue tuos.
Insensam blande alloqueris; sed inaniâ perdis
Verba, satis fieri re cupit illa sibi. 1

(18) LUES VENEREA.

Itala terra mihi patria est, Gallique parentest
Gallicus, in dubio est, Italicusne vocer?

(19) DE BARDELLA Latrone Mantuano.

Bardellam Monachus solans in morte latronem,
Euge, tibi in Cælo cæna paratur, ait.
Respondit Bardella: hodie Jejunia servo;
Cænabis nostro, si lubet, ipse loco.

(20) IN JO: CORNEUM.

Audi, cerne, tace, cui publica contigit uxor
Hæc tria præcipue verba notanda tibi,

EPIGRAMMATA.

(15) SMIERC.

Pytasz, co jest śmierć? jużbym nie żył gdybym wiedział:
Przychodź do mnie, iak umrę abym ci powiedział.

(16) CERULIK.

Woyny, czyli pokoiu, mam życzyć dla siebie?
Rownie mnie Mars i Wenus spomaga w potrzebie.

(17) DO MARYNA.

Ilekró z łożka wstaie twa żona nie tknięta,
Tyle razy chce wydrzeć tobie twarz zawzięta:
Choć pochlebnemi słowy złość iey chcesz łagodzić,
Prożna mowa, bo rzeczą chce by iey dogodzić.

(18) FRANCA.

Włochy Oyczyzna moia, Francuzi mię rodzą:
Jak się ia mam nazywać? myśli mi przychodzą.

(19) O BARDELLU zboycy Mantuańskim.

Mnich przed śmiercią, Bardella zboycę mówiąc, cieszył:
W Niebie wieczerza dla cię gotowa, by śpieszył.
Odpowie mu Bardella, Pość u mnie w tym czasie,
Wieczerzay na mym miejscu, jeśli podoba się.

(20) NA KORNEUSZA.

Sluchay, miłcz, patrz: co żonę masz Dworaczkę; radz
Mieć tobie te trzy rzeczy w szczegolney uwadze

B

EPIGRAMMATA.

(21) SARA.

Quæ velit ancillam concedere nupta marito,
Res est hoc nostro tempore rara, Sara.

(22) Strena Kalend: Jan: 1599.

AD GERMANICUM.

Mitto tibi carmen, Germanice, muneris instar
Mitte mihi munus, carminis instrat erit.

(23) Ad AMICAM ABSENTEM.

Uror amore miser, tantoque potentius uror,
Quanto qui me urit, longius ignis abest.

(24) IN GELLIAM.

Dicere si sacris pretium est Simonia rebus;
Et rem Divinam mercis habere loco;
Tu Simoniaca es vere, quæ vendis amorem,
Gallia, nam res est Spiritualis amor.

(25) AD LECTOREM, de se ipso.

Nostra tibi brevitās, ignavia forte videtur:
Crede mihi, labor est non levis, esse brevem.
Non facio ut multi, qui multa & stulta loquuntur.
Sermo meus stultus forte; tamen brevis est.

(26) AULA.

Quisquis in ambigua se non accomodat Aula,
Omnibus ingeniis, non habet ingenium.

EPIGRAMMATA.

(21) SARA.

Mężowi służebnicy pozwolic, Mężatka
Zeby chciała, w tym wieku, druga Sara rzadka.

(22) Kolęda na Rok 1599.

DO GERMANIKA.

Szłę tobie nakosztali dani Wiersze przy Kolędzie;
Ty mi dar przyszli, a ten nakosztali wierszow będzie.

(23) Do PRZYIACIOŁKI nieprzytomney,

Goreię twą miłością: tym mocniej mnie pali,
Im się daley odemnie ten ogień bddali.

(24) NA GELLIĄ.

Jeśli jest Świętokupstwem, rzeczy święte cenję,
I rzecz Boską towarem być przedaynym, mienię.
Ty pełnisz Świętokupstwo, bo miłość przedajesz
Gellio, że rzecz Duchowna miłość, nie uznajesz.

(25) DO CZYTELNIKA o sobie.

Pism moich krotkość, może gnusną ci się zdaie,
Wierz mi, że krotkość pracę nie lekką zadaie.
Nie jak inni, co piszą dlugo mniefy rozumnie:
Może me Pisma takie, ale krotkie u mnie.

(26) DWOR.

Kto się do Dworskiej służby stosowac nie umie,
Ten, zdaniem Dworskich ludzi, nie jest przy rozumie.

EPIGRAMMATA.

(27) DE REMEDIO AMORIS.

Igni subtrahito lignum (ieiunia servans,)

A muliere sede, sicut ab igne, procul.

Si tuus istorum neutro consumitur ardor,

Uxor ducenda est, hæc erit instar aquæ.

(28) AD THESAURARIUM ANGLIÆ,

Thesaurarius es Regni, Regnoque fidelis:

Prestat Thesauris omnibus ista fides.

(29) AD EPISCOPUM LONDINENSEM.

Hi mihi Doctores semper placuere, docenda

Qui faciunt, plus quam qui facienda docent.

Pastor es. Anglorum doctissimus, optimus ergo:

Nam facienda docens, ipse docenda facis:

(30) Ad Rev: BILSON Episcopum.

Tu mihi præceptor quondam, Bilsone, fuisti,

Debeo præceptis, scribo quod ista, tuis.

(31) VIRES BRITANIÆ.

Anglorum portæ sunt portus, mænia classes,

Castra æquor, valli corpora, corda Duces.

(32) IN HERNICUM.

Commendans animam cælo, terræque cadaver;

Hernicus horrendum mortis iturus iter,

Uxorem interea tempus captare, novunque

Audivit sibi jam conciliare virum.

EPIGRAMATA.

(27) LEKARSTWO NA MIŁOŚĆ.

Uymuy ogniewi Drewek, do Postu przywykay;
Od kobiet, iak od ognia, zdaleka umykay.
Mimo tego, ieżli cię ieszsze miłość trawi,
Poymy żonę, a ta cię upałow pozbawi.

(28) DO PODSKARBIEGO ANGLII.

Strożem Jesteś Krolestwa Skarbow, przytym wierny:
Przewyższa twoią Wiarą Skarb choćby niezmierny.

(29) DO BISKUPA LONDYNSKIEGO.

Ci mnie się podobaią zawsze Uczyciele,
Co więcey sami dobrze czynią, ucząc wiele:
Pasterzem iesteś Anglow dobrym, madrym w radzie,
Gdyż co czynisz nauczasz, sam ztwierdzasz w przykładzie

(30) DO BILSONA BISKUPA.

Przedtym Nauczycielem Bilsonięs był moim,
To co piszę, naukom wszystkim winien Twoim.

(31) SIĘY ANGLIKOW.

Anglow Bramy są Porty, Okręty murami,
Oboz morze, wał ciała, a ferca wodzami.

(32) NA HERNIKA.

Duszę Niebu, a ciało polecając ziemi,
Hernik umierający; gdy oczyma swemi
Uyrzał żonę, w tym czasie, że nowego sobie
Męża jednać zaczęła: nagły śmiech w chorobie,

EPIGRAMMATA.

Invidus audito hoc, delusa uxore, revixit
Denno; decreffet cum tamen ante mori.

(33) AMATOR.

Spes incerta, timor constans, fugitiva voluptas,
Gaudia mæsta, dolor dulcis, amarus Amor.

(34) ÆTAS AUREA.

Cognita Tartarei cum nondum vis foret auri,
Aurea cur ætas illa vocata fuit?

(35) IN ALANAM.

In thalamo Natura locum cui præbuit imum,
In mensa summum sunit Alana sibi:
Scilicet Imperium facilis cum conjuge conjux
Dividit, hic noctes regnat, & illa dies.

(36) MORS GERMANICA. AD POLYNICUM.

Mors (inquit Seneca) est, non esse, Polynice: contra
Germanus mortem, non bibere, esse putat.

(37) NUDUS AMOR.

Quæ villis Natura feras, & gramine campos
Ornat, aves pluma, vellere vestit oves:
Denique frigidulo quodcunque sub æere nasci
Contigit, innata veste, vel arte tegit.
Vestivit nudum cur omnia præter amorem?
Quo nudus magis est, hoc minus alget amor.

EPIGRAMMATA.

I złączona nienawiść, ten skutek sprawiła,
Ze zdrow został, choroba gdy się przefiliła.

(33) MIŁOSNIK.

Nadzieja mylna, boiaźń stała, rokosz ślika,
Uśmiech smutny, ięk słodki: miłości przezwiśka.

(24) WIEK ZŁOTY.

Sił złota Piekielnego gdy ieszcze nieznano,
Dla czego owe wieki złotemi nazwano?

(35) NA ALANE.

Ktorey natura mieysce niższe w łożu dała,
Alana wyższe sobie u Stołu wybrała:
Mąż z Zoną dzielić władzę łatwym się znajduie:
Bo żona we dnie, a zaś Mąż w nocy panuie.

(36) ŚMIERC NIEMIECKA. DO POLINIKA.

Mowi mądry Seneka, nie być, to śmierć znaczy:
Przeciwnie Niemiec, nie pić, to śmiercią tłomaczy.

(37) MIŁOSC GOŁA.

Natura siercią zwierza, i pola trawami,
Odziewa pierzem ptaki, a owce runami
I co tylko zrodzonym w zimnych Kraiach bywa,
To suknią przyrodzoną, lub sztuką okrywa.
Czem procz nagiey miłości wszystko w odzież stroi?
Bo im golsza iest miłość, maney się zimna boi.

EPIGRAMMATA.

(38) SAPIENTIA.

Quis dives? sapiens; quis pauper? stultus inersque:

Si sapio ergo, brevi tempore dives ero.

Quis sapiens? dives; quis stultus? pauper inopsque:

Ergo si dives non ero, stultus ero.

(39) IN TEODORUM.

Jam septendenos ageret cum Rex David annos,

Fovit ei gelidum pulchra puella latus,

Cui ne dissimilis tanto videare Prophetæ,

Duxisti juvenem jam Teodore senex.

(40) AD QUANDAM.

Quam natura tibi, si tam fortuna faveret,

Ditior Anglarum læmina nulla foret.

Tempore Troiani belli si nata fuisses:

Digna fuit causa Troja perire tua.

(41) IN CALVUM.

Ecce tibi nulli superant in vertice crines;

Nullus in infida stat tibi fronte pilus.

Omnibus amissis a tergo & fronte capillis:

Quid tibi jam restat perdere, Calve? caput.

(42) REGUM STATUS.

Dum non vult alter, timet alter dicere Verum

Regibus. O miserum Regis in orbe statum!

EPIGRAMMAT A.

(38)

MĄDROSC,

Kto bogaty? rozumny; kto ubogi? głupi:

Więc gdym mądry, to do mnie bogactwo się skupi.

Kto rozumny? bogaty: kto głupi? golota:

Więc głupim będę, ieżeli mieć nie będę złota.

(39)

NA TEODORA.

Z wieku lat siedmiudzieściąt, Krol Dawid, przyczyny,

Dla rozgrzania się piękney używał dziewczyny,

Ty chcąc bydź Dawidowi podobny w tey porze,

Stary poiąłeś młodą Zonę Teodorze.

(40)

DO PEWNEY ANGIELKI.

Jak uroda; gdyby ci tak szczęście służyło:

Angielkiby bogatszey nad ciebie nie było:

W czasie woyny Troiańskiej byś się urodziła,

Z tweyby przyczyny Troia zginąć godna była.

(41)

NA ŁYSEGO.

Oto ci na łbie włosow nic nie pozostało,

Zadnego włoska nie masz, ktorych było mało;

Z przodu, i z tyłu włosy straciwszy takowe;

Coż ci łysy zostanie stracić? chyba głowę.

(42)

STAN KROLOW.

Ten się boj rzec prawdę, drugi niechce przecie

Mowić Krolom. O nędzny stan Krolow na świecie!

C

EPIGRAMMATA.

(43) REGES. POPULUS.

Labitur indocto Populus sub Principe: sicut
Præ capitis titubant ebrietate pedes.

(44) SENATUS.

Rex regnat solus, cur non regit omnia solus?
Qui regit, & regitur, rectius ille regit.

(45) BOMBYX.

Arte mea pereo, tumulum mihi fabricor ipse,
Fila mei fati duco, necemque neo.

(46) SATYRA.

Idem, qui Legum, Satyrarum finis, idemque
Principium; mores has genuere mali.

(47) CLEPSYDRA.

Clepsydra mentitur verissima: nempe foramen
Tempore fit semper majus: arena minor.

(48) MERCATOR.

Dives utrum, pauperne sit, haud mihi dicere promptum est,
Qui spes infido credit opesque mari.

(49) LIBIDO.

Deformem nigra formosam nocte videri,
Non nox atra facit, cæca libido facit.

EPIGRAMMATA.

(43) KROLOWIE. LUD.

Pod Krolem nieuczonym lud upada mnogi;
Jak pod glową nie trzeźwą chwiać się zwykły nogi.

(44) SENAT.

Król sam panuje, czemu nie sam wszystkim rządzi?
Który rządząc rad słucha, taki Król niebłądzi.

(45) IEDWABNIK.

Sztuką mą własną ginę, grob sobie buduję,
Smierć w mey przędzy znajdując, nici zgubne fnuję.

(46) SATYRA.

Tenże co Praw i Satyr koniec, i zostaie
Początek: zle zrodziły one, obyczaje.

(47) KLEPSYDRA.

Klepsydra nayprawdziwsza, zawsze jest fałszywa:
Bo czas dziurę powiększa, piasku zaś ubywa.

(48) KUPIEC.

Bogaty, czy ubogi? nie wiem doskonale:
Co nadzieję z bogactwy zdał na morskie fale.

(49) LUBIEZNOSC.

Ze w noc ciemną brzydka się piękną pokazuje,
Nie noc, ale to ślepa lubieżność sprawuje.

EPIGRAMMATA.

(50) MILES.

Infligat Mars multa licet tibi vulnera, non tam
Mars nocet armatus, quam tibi nuda Venus.

(51) LYRA.

In tam diversis cum sit concordia chordis:
Tam discors hominum non pudet esse genus?

(52) Ad LECTOREM CANDIDUM.

Optima, quæ bona sunt; mediocria, quæ mala, dices:
Carmina iudicio, Lector amice, tuo.

(53) Ad LECTOREM NIGRUM.

Pessima, quæ mala sunt; quæ mediocria, dices:
Carmina, censura, Lector inique, tua.

(54) De VIRTUTE.

Contemnit laudem Virtus, licet usque sequatur
Gloria virtutem, corpus ut umbra suam.
Est etenim virtus aliquid, nil gloria; sicut
Est aliquid corpus, corporis umbra nihil.

(55) HOROLOGIIUM VITÆ.

Latus ad Occasum, nunquam rediturus ad Ortum,
Vivo hodie, moriar cras, heu natus eram.

(56) CARITAS.

Ut nisi, quæ sit amans, conjux est nulla fidelis;
Sic ibi nulla fides est, ubi nullus amor.

EPIGRAMMATA.

(50) ZOŁNIERZ.

Choćby cię wielu ranmi Mars okrył do koła,
Mniey ci Mars szkodzi zbroyny, więcey Wenus goła.

(51) LIRA.

Gdy w różnych stronach, taka zgodność być się widzi,
Czemu się swey niezgody ród ludzki nie wstydzi?

(52) Do CZYTELNIKA BEZNAGANNEGO.

Ze dobre, są najlepsze, a które mizerne,
Rzeczysz moy Czytelniku, że są wiersze mierne.

(53) Do CZYTELNIKA ZŁEGO.

Ze złe są najgorsze, a które są mierne,
Rzeczysz, zły Czytelniku, że wiersze mizerne

(54) O CNOCIE.

Gardzi cnota pochwałą, idzie za nią? stroni:
Tak ją pochwała, iak cień, Ciało swoje goni.
Jest albowiem coś cnota, chwala nic: iako to
Jest coś ciało, a ciała cień marną istotą.

(55) ZEGAR ZYCIA.

Niesiony do zachodu, na wschod nie zwrocony;
Dzisiaj żyję, jutro umrę, wczora urodzony.

(56) MIŁOŚĆ.

Chyba żona gdy kocha, wierności dotrzyma,
Tak też gdzie nie ma wiary, tam miłości nie ma.

EPIGRAMMATA.

(57)

UNIO.

Unio divina est, Divisio Dæmone nata:
Unus enim Deus est, Dæmones innumeri.

(58)

SPIRITUS ET CARO

Spiritus huc, illuc miserum Caro me trahit in me
Divisum Imperium cum Iove Cæsar habet.
Pax vobis: siquidem vos inter amabilis effret
Pax semel, in toto pax simul orbe foret.

(59)

DE REGE.

Lex sine Rege, velut lumen sine sole fuisset;
Rex sine Lege, velut Sol sine luce foret.
Grex Regem primo legit, Rex cum grege legem
Condedit, hinc Legem Rex regit, atque gregem.

(60)

MIRACULA.

Miretur populus miracula: nil mihi mirum est;
Præter eum, solus qui fecit illa, Deum.

(61)

ADAMI LAPSUS.

Theologis animam subiecit Iapsus Adami,
Et corpus Medicis, & bona Iuridicis.

(62)

DE SPE ET METU.

Divitiæ atque metus comites sunt, spes & egestas:
Res optanda tamen spes, miseranda metus.
Pauperis est sperare, timereque divitis: isto
Quam sperare equidem malo timere modo.

EPIGRAMMATA.

(57)

IEDNOSC.

Iedność Bog swym rodzaiem, rozdział bies swym mieni;
Bog iest albowiem ieden, Diabli niezliczeni.

(58)

DUCH I CIAŁO.

Duch mnie w tę, a zaś ciało w inną ciągnie stronę,
We mnie rządy Cesarza z Jowiszem dzielone.,
Pokoy wam: ten gdyby się między wami ziawił
Choć raz; tedyby Pokoy w całym świecie sprawił.

(59)

O KROLU.

Prawo bez Krola, światło bez słońca byłoby;
Krol bez prawa, Słońce bez światła znaczyłoby.
Lud Krola wprzód obiera, Krol z nim pisze Prawa:
Rządzić Prawem i Ludem iest Krola ustawa,

(60)

CUDA.

Niech się Lud cudom dziwi, ia się nie dziwiuję,
Oprocz Bogu samemu, co cuda sprawuie.

(61)

UPADEK ADAMA.

Dusze on Teologom podał, a zaś ciało
Doktorom: a Juryfom ludzkich dobr nie mało.

(62)

O NADZIEI I BOIAZNI.

Boiaźń z bogactwy, z nędzą wraz nadzieia chodzi:
Wolim iednak nadzieię, bo strach smutek rodzi.
Ubogi ma nadzieię, bogacz lęka sobie:
Niż mieć nadzieię, wole bać się w tym sposobie.

EPIGRAMMATA.

(63) DE HOMINUM INTEMPERANTIA.

Qui fragilem longe cupimus producere vitam,
Luxuria vitæ cur breviamus iter?
Nolumus, & volumus produci tempora vitæ,
Nolumus a nobis, malumus a Medicis.

(64) CONIUGES.

Uxorem vir amato, Marito pareat Uxor:
Conjugis illa sui Cor, Caput ille suæ.

(65) MEMENTO MORI.

Mors incertarum rerum certissima, cunctis
Incertum quando, certum aliquando mori.
Nullus ab occasu procul est homo, nullus ab ortu:
Nec tamen illius, nec memor hujus homo.

(66) Ad MARCUM PROBLEMA.

Sis bonus, anne malus, quid refert, Marce? premuntur
Jure mali, quasi vi, vi quasi Jure, boni.

(67) PHILAUTIA.

Crimina, qui cernunt aliorum, nec sua cernunt,
Hi sapiunt alius, desipiuntque sibi.

(68) PATRIA,

Est domi ubique bonus, Sapiens non exultat usquam.
Omne solum forti Patria, & omne salum;

EPIGRAMMATA.

(63) O LUDZKEY Niewstrzeźliwości.

Ktorzy chcemy na długo mdle przeciągnąć życie,
Czemu one skracamy przez zbytkow użycie?
Przeciągnąć życie nasze chcemy i nie chcemy,
Od nas nie, od Lekarzow zaś one wolemy.

(64) MAŁZONKOWIE.

Mąż niech kocha swą żonę, Męża słucha żona,
On jest bowiem iey głową, iego sercem ona.

(65) PAMIĘTAY NA ŚMIERC

Śmierć jest z rzeczy niepewnych naysownieysza w świecie,
Wszystkim niepewna kiedy, pewna kiedyś przecie,
Nikt nie jest od Zachodu, i Wschodu, zdaleka,
Jednak ni to, ni tanto w pamięci u człowieka.

(66) DO- MARKA. GADKA.

Będąc dobrym; złymi też, coż kto, Marku, zyska?
Złych Prawo iak moc, dobrych moc iak Prawo ścisła.

(67) MIŁOSC WŁASNA.

Ktorzy innych występki widzą, swych nie baczą;
Ci dla innych mieć rozum, dla się głupstwo znaczą:

(68) OYCZYŻNA.

Dla dobrego Dom wszędzie, mądry niezna, co to
Wygnanie: w każdej ziemi przemieszka z ochotą.

EPIGRAMMATA,

Exilium est, ubicunque male est, patria est, ubi contra:
Patria ubique bonis, exiliumque malis.

(69) VIRTUS.

Non est in verbis virtus, at rebus inhæret;
Res sunt non voces: spes, Amor, atque Fides.

(70) CHRISTUS VIA.

Ad cælos vis scire viam tibi qua fit eundum?
Ad te descendit cælitus ipsa via.

(71) VOLUNTAS.

Vis bonus esse? velis tantum, fiesque volendo:
Is tibi posse dabit, qui tibi velle dedit.

(72) HOMO.

Cor, nisi cura, nihil; caro nil, nisi triste cadaver;
Nasci, ægrotare est; vivere sæpe mori.

(73) PHILOSOPHIA.

Plurima scire volunt omnes, at credere pauci:
Hinc multi credunt plurima, pauca sciunt.

(74) CONJUGES.

Discordes nos tota Domus non continet ambos:
Concordes lectus nos tamen unus habet.

EPIGRAMMATA.

Gdzie dobrze, tam Ojczyzna, gdzie źle tam wygnanie:
Ojczyzna wszędzie dobrym, a złym zła się stanie.

(69) CNOTA.

Cnota mieszkać nie w słowach, lecz w rzeczach gotowa,
Wiara, nadzieja, miłość, są rzeczy nie słowa.

(70) CHRYSTUS DROGA.

Chcesz wiedzieć, którą drogą iść do Niebios trzeba?
Do ciebie fama droga Chrystus zstąpił z Nieba.

(71) WOLA.

Chcesz być dobrym? chciej tylko, twa wola stanie się;
Ten który dał ci wolę, pomoc swą przyniesie.

(72) CZŁOWIEK.

Serce troski, ciało się zda trupa zawierać;
Narodzić się, chorować; żyć często umierać.

(73) FILOZOFIA.

Wiele umieć chcą wszyscy, mniej co wierzyć śmieją;
Z tąd wielu wierzy wiele, a mało umieją.

(74) MAŁZONKOWIE.

Choć nas niezgodnych obić Dom cały nie może;
Jednak nas utrzymaie zgodnych iedno łoże.

D 2

EPIGRAMMATA.

(75) ORATIO AD DEUM IN MORBO.

Naturæ natura, Deus bone. cum mihi posse
Vivere iustuleris, da mihi velle mori.

(76) SCIENTIA

Judice me, soli semperque perinde beati
Sunt, quicumque sciunt omnia, quique nihil.

(77) CHRISTUS

Finis noctis ut est aurora, & origo diei:
Tu finis mortis, fonsque salutis eras.

(78) QUIS TU?

Queis oculos videam ipse meos, oculi mihi desunt:
Quæ mentem videam, mens mea mente caret.
Si mens, una mei pars optima, nescio quid sit,
Unde tibi possum dicere, sum quid ego?

(79) ROMA,

Incepto fratrem Cain orbe occidit Abëlem.
Incepta fratrem Romulus urbe Remum:
Roma Remi polluta recens, ut Mundus Abelis
Sanguine: principium est Orbis, & Urbis idem.

(80) INFERNUM.

Ut niger in niveum nulla redit arte colorem;
Spectat ab Inferno sic via nulla retro.

EPIGRAMMATA.

(75) MODLITWA DO BOGA w Chorobie.

Oycze natury, dobry Boże, proszę o to:

Jeżeli żyć mi nie każesz, day umrzeć z ochotą.

(76) UMIEIĘTNOSC.

Mym zdaniem, szczęśliwemi ci tylko zostają,

Co wszystko wiedzą, i ci którzy nic nie znają.

(77) CHRYSZTUS.

Jak Jutrzenka dzień jawi, nocne kończy cienia;

Ty byłeś końcem śmierci, a źródłem zbawienia.

(78) KTOS TY?

Nie mam oczu, bym moje oczy mógł obaczyć,

Ni myśli inney, aby, co jest myśl, tłumaczyć.

Część naylepsza myśl, co jest, gdy nie mogę wiedzieć,

Jakże to, co ja jestem, mogę ci powiedzieć?

(79) RZYM.

Kain Brat Abła zabił przy początku Świata,

W początkach Rzymu, Romul zabił Rema Brata.

Rzym Remus zmazał, iak Świat krwią Abel niewinny,

Jest Świata, co i Rzymu początek nie inny.

(80) PIEKŁO.

Jak czarny kolor w biały zmienić, nie dociekła

Zadna sztuka; tak nazad niemasz drogi z piekła.

EPIGRAMMATA.

(81)

HOMO.

Plorabas cum natus eras; fuit ergo voluptas
Nulla tibi nasci; cur dolet ergo mori.

(82)

MISERIA JOB.

Divitias Jobo, sobolemque, ipsamque salutem
, Abstulit (hoc Domino non prohibente) Satan.
Ompibus ablati misero, tamen una superstes,
Quæ magis afflictum redderet, uxor erat.

(83)

NA LINUSA

Te mihi devinxi, credebam cum tibi nummos:
Me tibi devinctum vis ? mihi redde meum.

(84)

HOMICIDIUM.

Unus homo per se ipse potest occidere mille;
Unum hominem possunt vix generare duo.

(85) .IN PAULAM PSEUDO . CATHOLICAM.

Paula, tua si quis de religione requirat;
Nil nisi, Apostolicum, Catholicumque crepas:
Catholicum in cunctos, fateor, profiteris amorem;
In te Catholicam, Paula, requiro fidem.

(86)

IN ANNETAM.

Natura est paucis contenta: Annetta, sed hoc de
Natura dictum non reor esse tua.

EPIGRAMMATA.

(81) CZŁOWIEK.

Plakałeś gdyś się rodził; więc w zły byłeś doli
Przy urodzeniu: czemuż umrzeć, to cię boli.

(82) NĘDZA JOBA.

Bogactwa Joba, dzieci, nawet zdrowie ciała,
Z dopuszczenia Boskiego, moc czarta zabrała.
Po odjęciu wszystkiego, iedna zostawiona,
By go więcey trapiła, była własna Zona.

(83) NA LINUSA.

Ziednałem, pożyczając, twą przyiaźń, pieniędzy;
Chcesz byś ty moię ziednal? odday mi ie prędyzi:

(84) MĘZOBOYSTWO.

Jeden człek tyfiąc ludziom na życiu zaszkodzi:
A iednego człowieka ledwie dwoie zrodzi:

(85) NA PAULĄ, FAŁSZYWIE KATOLICZKĘ.

Paulo, gdy cię kto pyta, jakiey iestes wiary?
Czynisz o Apostołstwie, z Katolictwem gwary.
Wszem Katolicką miłość dzielić, gdy cię wglądam;
Od ciebie, Paulo, Wiary Katolickiey żądam.

(86) NA ANNETĘ.

Na małym przyrodzenie przestaie: ale to
Nie o twoiey Naturze, rzeczono, Anneto.

EPIGRAMMATA.

(87) AD CAROLINAM.

In speculo vultum quoties, oculosque tueris,
Si forte etatam te tua forma facit:
Splendida sed fragilis, pulchra at peritura, memento
Quam speculo similis sis, Carolina, tuo.

(88). AD PONTIAM.

Te fugio, vitoque tuos, mea vulnera, vultus,
Pontia! non quia te non amo, sed quod amo.

(89) AMORIS CHRONICON.

Temporis ut minimi momentum crescit in horam,
Et brevis in longam ducitur hora diem:
Multiplicata dies in mensem, mensis in annum:
Sic crescente meus tempore crescit amor.

(90) AD AMICUM SENESCENTEM.

Tu nuper Juvenis fueras, ego dum puer effem;
Quæ me nunc juvenem, te videt hora senem.
Expectat mors ergo brevi tē, meque senectus;
Sors incerta licet sit mea, certa tua est.

(91) AD PONTILIANUM.

Semper sollicitus fuit Jrus: cur? quia pauper!
Nec tu Cræse minus, cur? quia dives eras.
Uxorem quod non habeat, cruciatur Alanus:
Uxorem quod habes, Pontiliane, doles.

EPIGRAMMATA.

(87) DO KAROLINY.

Ilekoć we zwierciadle twarz, oczy, przeglądasz,
Jeżeli z twej urody wynosić się żądasz;
Jasna ale nie trwała, zginie choć nadobna,
Karolino! do twegoś zwierciadła podobna.

(88) DO PŃNCYI.

Od ciebie i twej twarzy uciekam, (o rany!)
Nie przeto że nie kocham, lecz że rozkochany.

(89) WZROST MIŁOŚCI.

Jako wzrasta w godzinę moment czasu mały:
Godziny pomnożone dzień składają cały:
Dzień rośnie w Miesiąc, a on rok cały sprawuje;
Tak z czasem wzrastającą miłość moją czuję.

(90) DO PRZYJACIELA STARZEJĄCEGO.

Tyś nie dawno był młodym, iam był w ten czas dziecie;
Teraz ia młodym jestem, ty starym na świecie:
Śmierć ciebie w krotce czeka, mnie zaś starość; ale
Los moy nie jest tak pewny, twoy zaś pewny wcale.

(91) DO PONTYLIANA.

Ześ był ubogi, zawsześ troskliwy Irufie;
Tyś zawsze niespokoiny dla bogactw Krezufie.
Ze Alan Zony niema, to go wielce męczy:
Ty zaś Pontylianie, że masz, to cię dręczy.

E

EPIGRAMMATA.

(92) SOMNUS. MORS.

In somnis, quanquam simulo pro tempore mortem,
Non est pars vitæ dulbior ulla meæ.
Permirum est in morte igitur, quid tam fit amarum,
Tam dulcis cum sit mortis imago, sopor.

(93) Ad PONTICUM IC.

Uxori partem vivis, partemque clienti,
Ætatis; vives, Pontice, quando tibi?

(94) POETA

Mecænas non verba dabat, sed præmia doctis:
MAGNAS.

Quid dare mi, præter verba, Poëta potest?

(95) HOMO HOMINI DEUS

Est homo, qui locuples inopi nil donat amico:
Qui rapit, hic lupo est: qui dabit, ille Deus.

(96) AMANTES.

Est amor in nobis, in lignis ut latet ignis;
Ignis uti lignum, nos levis urit amor;
Ligna sed in cineres vanescunt, ignis in auras:
Nos cinis; & noster, quid nisi iumus, Amor?

(97) DE SPECULO AB AMICA DONATO.

In quo me videam, speculum mihi, Paula, dediſti:
In quo te possim cernere, malo dares.

EPÍGRAMMATA.

SEN ŚMIERC.

Choc sen, na czas do śmierci jest podobny, przecie
Nie jest część życia mego nad sen słodsza w świecie.
Dziwna rzecz, że się sama śmierć gorzką znajduie
Kiedy się iey obrazem słodki sen mianuie.

(93) DO PONTYKA PATRONA.

Część wieku żyiesz Zonie, a zaś w inney dobie
Przyjaciółom; a kiedy żyć będziesz sam sobie?

(94) POETA.

Mecenas dary dawał uczonym nie słowa.

PAN.

Coż mi oprócz słow może dać Poety głowa?

(95) CZŁOWIEK CZŁOWIEKOWI BOGIEM.

Człkiem jest kto nic nie chce dać dla przyjaciela;
Wilkiem jest kto wydziera, Bogiem kto udziela.

(96) KOCHAJĄCY SIĘ

W nas miłość tak iak w drzewie ogień się ukrywa;
Jak drzewu ogień, tak też nam miłość dogrywa;
Drzewo w popioł, a ogień mieni się w wiatr marny:
My jesteśmy popiołem, miłość jest dym czarny.

(97) O ZWIERCIEDLE OD KOCHANKI DAROWANYM.

Dałaś, Paulo, zwierciadło abyhm się przeglądał;
W którymbyhm mógł cię widzieć, takiegobym żądał.

E 2

EPIGRAMMATA.

(98) IN QUINTIAM HYPOCRITAM.

Docta, decens, juvenis, formosa, pudica, benigna,
Quintia; si non sis ambitiosa, bona es:

(99) FAMA ERROR.

Rumor rumores, errores parturit error;
Ut nivis exiguus crescit eundo globus.

(100) AUTHOR DE SE IPSO.

Sunt quidam, qui me dicunt non esse Pòetam:
Et verum dicunt, Cur? quia vera loquor.

(101) SCRUTINIUM.

O utinam, quod Discipulos tu Christe rogasti,
Presbyter & Princeps, plebsque rogaret idem!
„ Quid de me dicunt homines „, si sæpe rogaret
Quisque, malum sciret se, meliorque foret.

(102) THE WORDLS DUNGEON.

Carceris est instar Tellus, quasi mænia cælum,
Custos peccatum; Vincula quæ .? Mulier.

(103) SOLA VIRTUS BEATOS FACIT.

Omnia cum pereant, est virtus sola perennis:
Hæc immortales reddere sola solet.

EPIGRAMMATA.

(98) NA KWINCYĄ PYSZNAĄ.

Przystoyna, młoda, piękna, wstydliva, rozumna,
Kwincya całkiem dobra byłaby: lecz dumna.

(99) WIEŚC BŁĄD.

Więść w wieści, błąd zaś zawsze rośnie w błędy wfszelkie
Jak toczony śnieg w małych rośnie w kule wielkie.

(100) AUTOR O SOBIE SAMYM.

Ze nie jestem Poetą, to mowiących słyszę:
I prawdę mowią. Czemu? bowiem prawdę piszę

(101) WYWIADYWANIE.

O gdyby, o coś Uczniow Chryſte zapytywał,
O tym się Xiądz, Krol, i lud często wywiadywał!
„Co ludzie o mnie mowią,, żeby był ciekawy
Každy, złym by się znalazł, i szukał poprawy.

(102) WIĘZIENIE. MURY. STRAZ.

Ziemia jest kształt więzienia: Niebo murow ściany:
Strażę grzech, a kobiety ludziom za kaydany.

(103) CNOTA SAMA USZCZĘLIWIA.

Choć wszystkie rzeczy giną, Cnota zaś trwa wiecznie:
Ona unieśmiertelnić może nas skutecznie.

EPIGRAMMATA.

(104) UXOR BONA ET NON PULCHRA habenda

Sit formosa aliis Uxor, tibi sit bona: nescis
Quam noceat castæ forma pudicitæ.

(105) DIFFICILE EST CUSTODIRE FORMOSAS.

Ægre formosam poteris fervare puellam;
Nunc prece, nunc auro forma petita ruit.

(106) QUÆ SCIMUS, DOCERE,
QUÆ NESCIMUS, DISCERE DEBEMUS.

Quæ nosti; impertire libens, facilisque roganti
Esto; quæ nescis, discere non pudeat.

(107) ORPHEUS.

Orpheus Uxorem raptam repetivit ab Orco;
Duxit ab inferno sæmina nullæ Virum.

(108) Ad LIGURINUM.

Uxorem, Ligurine, tuam colit Arrius: alter
Sementem fecit; sed tua messis erit.

(109) NON OCCIDES, NON FURABERIS.

Furtum non facies: Juristæ scribitur hæc lex;
Hæc, non occides, pertinet ad Medicum.

(110) IN GALATEAM.

Cervus, uti perhibent, mutat ramosa quotannis
Cornua: quotidie Vir, Galatea, tuus.

EPIGRAMMATA.

(104) Przekładay ZONĘ DOBRĄ nad PIĘKNĄ.

Niech kto chce Zonę piękną ma: twoia niech będzie
Dobra: bo wiesz iak piękność Cnocie szkodzi wszędzie.

(105) TRUDNE STRZEZENIE PIĘKNYCH.

Strzegąc piękney Paniunki, próżno straż natężyć:
Proźbą i złotem piękność daie się zwyciężać.

(106) CO UMIESZ, NAUCZ: CO NIEUMIESZ, UCZ SIĘ.

Gdy cię kto prosi, chętnie naucz co sam umiesz:
Nie wstydź się tego uczyć, czego nie rozumiesz.

(107) ORFEUSZ.

Orfeusz Zonę wyrwał, która w piekle była:
Zadna zaś Zona Męża z piekła nie dobyła.

(108) DO LIGURYNA.

Arryusz, Ligurynie, czeć Zonę twą wszędzie:
Kto inny zasiał, ale twoie żniwo będzie.

(109) NIE ZABIJAY NIE KRADNIY.

Nie będziesz kradł, to Prawo Jurystom pisane:
Te, nie będziesz zabijał, Doktorom przyznane.

(110) NA GALATEE.

Ze Jeleń raz wraz zmienia rogi, powiadaiają:
U twego się zaś Męża co dzień odmieniają.

EPIGRAMMATA.

(111) CORPUS TERRÆ.

Telluris lapides sunt ossa, metallaque nervi,
Pellis crusta, pili gramina, sanguis aqua.

(112) AMOR CÆCUS MALE AUDIT.

Non videt uxoris delicta maritus Amator:
Nullus amat vere Vir, nisi cæcus amat.
Nil oculo contra dominam, nil creditur auri;
Est igitur surdus. non modo cæcus amor.

(113) Ad ALDINUM.

Servus es infelix Dominorum, Aldine, duorum:
Alter enim tibi nil dat, nihil alter habet.

(114) FACERE ET DOCERE. AÆ: C. I. V. I.

Nuda Sacerdotis docti bene credere inertem
Verba. docent populum: Vivere vita docet.
Ut decuit docuit, qui re sua verba probavit;
Plus malefacta nocent, quam bene dicta docent.

(115) Ad SE IPSUM.

Bibliopola tuos ambivit, Ovene, libellos,
Dixisti pretium verbis ille dedit.
Excusus liber extat: emis tua carmina nummis:
O miser! ingenium vendis, emisque tuum,

(116) SECRETUM AMORIS.

Rarus amatur amans: ut ameris, amabilis esto
Omnibus: a nulla vis ut ameris? ama.

EPIGRAMMATA.

(III) CIAŁO ZIEMI.

Ziemi koście, kamienie; kruszce żyły znaczą,
Tynk skórę, trawy włosy, wody krew tłumaczą.

(II2) MIŁOSC SLEPA NIE DOŚŁYSZY.

Nie widzi rozkochany Mąż występku Zony:
Zaden szczerze nie kocha, chyba zaślepiony.
Nic oczom swym nie wierzy, choć słyszy, nie słucha;
Jest więc miłość nie tylko ślepa ale głucha.

(II3) DO ALDYNA.

Dwom Panom służąc Aldyn, nieszczęsny zostaje:
Bo jeden nie ma co dać, drugi nie nie daie.

(II4) CZYNIC I UCZYC. AKT: C.I. V. I.

Nie gołosłowne Xiędza uczonego rady,
Dobrze wierzyć, i żyć lud uczą, lecz przykłady.
Ten dobrze uczy, który toż rzeczą dowodzi:
Mniej uczą dobre mowy, źle żyć więcey szkody.

(II5) DO SIEBIE SAMEGO.

Księgarz chciał mieć w swym Druku, twe Xięgi, Owenie,
Zapłacił, gdyś powiedział o twych Wieszow cenie.
Wyszła już Xiążka z Druku, ty ją płacisz złotem:
Biednyś! rozum przedaiesz, a kupujesz potem.

(II6) SEKRET MIŁOSCI.

Rzadko bywa kochany, kto kocha nad siły:
Chcesz być kochanym, staray się być wszystkim miły.
Jeżeli żądasz aby cię żadna nie kochała,
Zacznij kochać, a na cię nie będzie patrzała.

EPIGRAMMATA.

(117) IN MULIEREM. EX QUODAM.

Aspide quid pejus? Tigris: quid Tigride? Dæmon:
Dæmone quid? Mulier: quid Muliere? nihil.

(118) Ad LECTOREM.

Clericus es? legito hæc: Laicus? legito ista libenter:
Crede mihi, invenies hic, quod uterque voles.



EPIGRAMMATA.

(117) NA KOBIETĘ NAPISAŁ KTOS.

Co jest gorszym nad żmiją? Tygrys: a nad niego?
Bies: nad biesa? Kobieta: nad tę? nic gorszego.

(118) DO CZYTELNIKA.

Czyś Kleryk, czyli Laik, czytaj to ochotnie:
Wierz mi, znajdzie z was każdy, czego chce iŝotnie.



XVIII. A. 1259

F
XVIII.

1.1259